



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XII. Nihil.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

fil. 126. num. 31. Pichard. ad pr. Instit. de acquirit. per arrogat. n. 49. Joseph. Sesse Aragonia decis. 188. n. 15. & 23. Cas. Argel. de contradict. legit. quest. 9. num. 58. Rot. decis. 688. n. 1. apud Farin. p. 2. Robles lib. 3. cap. 7. n. 21.

III.

Nemo præsumitur immemor salutis æternæ, l. fin. C. ad L. Jul. repet. hinc dicitur, morientem non præsumi mentiri. Gramm. consil. crim. 57. n. 13. licet non omnis moriens dicatur Sancti Johannes Baptista, idem consil. 70. post num. 3. & d. consil. 57. post n. 15. Bald. de pac. Constant. vers. vassalli & vot. 3. n. 15. cum seq. nec omni sancto semper credendum. Gloss. in cap. si bis n. 9. 3.

IV.

Nemo debet damnari ex præsumtionibus & conjecturis, l. 3. §. scio ff. de minor. Andr. in Constit. super incisionibus col. 3. circa med. cum aliis allegat. per Gram. consil. crim. 13. n. 37. vot. 10. n. 39. vot. 21. n. 8. vot. 23. n. 11.

V.

NEMO videtur eligere viam, per quam judicium suum subvertatur. lib. 3. vers. nec credendus. ff. de milit. testament. l. quoties 13. ff. de reb. dub. l. quoties 81. ff. de verb. obl. c. Abbatis. juncta gloss. verb. potius. de verb. significat. Cardin. Mantica. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 1. Menoch. de præsumpt. l. 6. præf. à princ. Reinoso obj. 14. n. 15.

VI.

NEMO tenetur ad impossibile. dixi supr. lib. 9. c. impossibile.

CAP. XI.

De Nepote.

Axioma I.

Nepotes continentur sub nomine filiorum, quoties versamur in materia favorabili. l. 120. §. 4. ff. de V. S. quia favorabilia sunt extendenda. Ita ergo Senatus-Consultum Macedonianum etiam ad nepotes portigitur l. 6. C. ad SCt. Maced. ita beneficium filio à principe concessum etiam ad nepotem spectabit arg. l. beneficium 3. ff. de Constit. Princip. E contra Tutor filiis datus non etiam nepotibus datus censetur §. fin. Instit. qui Test. Tutor.

Limita: modò eadem militet ratio in nepote, quæ in filio.

II.

Nepos succedit in locum mortui filii, & quidem licet plures sint, unum tamen filium repræsentant l. 2. §. 7. de Excus. Tut.

Limita: in avo à muneribus excusando Nepotes saltem ex filio, non ex filiabus avo profunt, Perez C. de iis, qui numer. liber. n. 5.

CAP. XII.

Nihil.

Axioma I.

Nihil facere & partem facere sunt paria, l. furiosum 9. ubi gloss. C. qui testam. fac. poss. l. 3. §. 1. commod. ubi re deteriorata reddita, perinde est, ac si non esset reddita; quibus ad stipulatur l. quamvis. §. si convenerit 8. ff. ad SCt. Vellej. ubi si quis, qui expromissorem dare convenerat, mulierem, quæ SCti auxilio munita est, dederat, responderetur conditionem locum habere; quid enim interest, juxta Ulpian. ibid. non det, an talem det. Pantuchmann. lib. 1. quest. præf. 17. num. 116.

II.

NIHIL & inutile æquiparantur. l. 4. §. condemnatum 6. ff. de re judic. c. sicut urgeri 47. l. 9. 1. nam ex nihilo nihil fit. l. Seia 26. ff. de tutor. & curator. l. ejus 41. ff. de reb. dub. Aristot. lib. 1. de generat. & corrupt. Farinac. in praxi crimin. part. 4. consil. 60. n. 90. & ibi addit Cald. Pereira de emt. & vendit. c. 3. n. 15.

III.

NIHIL fit ex nihilo, vel ex non ente, non fit ens. l. 2. ff. de usufr. l. Seia 26. ff. de tutor. & curat. l. ejus 41. ff. de reb. cred. l. 7. §. cum quis 7. ff. de acquirend. domin. Farinac. consil. 60. num. 90. lib. 1. Mar. Angvis. consil. 167. num. 7. vol. 1. Peregr. conf. 21. n. 19. vol. 4. Monter à Cueva decis. 1. num. 54. Giurba in Consuet. Mess. c. 16. gloss. l. n. 8. p. 1. Canc. var. 2. cap. 5. num. 51. Amat. in repet. l. si emancipati. C. de collat. respons. 9. num. 296. Nolden. de stat. Nobil. cap. 3. num. 22.

IV.

Præstat habere parum quàm nihil, in stabulo asinum quàm stabulum vacuum. Brunnem. ad l. 6. C. de omni agro deserto.

CAP. XIII.

Nobilitas, Nobilis.

Axioma I.

Nobilis patria redundat filiis ad gloriam, l. si quis 3. C. de natur. liber. Unde Ulpian. in l. 1. in princ. ff. de censib. de se gloriatur se nobili ortum esse patria, quamvis Raymund. dixerit illum fuisse rusticum, licet scientia nobilem; quem tamen defendit Bart. & concludit eum fuisse utraque qualitate nobilem in l. excusantur. §. fin. de excusat. tut. vid. Lud. Gomez. ad §. item Serviana. n. 27. Instit. de action.

(B) 3

II.